



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

De iure belli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

De Iure belli in causa dubia.

25 Exorto inter Principes dubio de iure proprietatis, potior est causa possessoris bonae fidei. Sin longe probabilius iudicetur, ad alterum rem pertinere, tunc possessor in transactionem consentire debet: alioquin bellum contra eum geri potest, si partes contendentes iudicem superiorem non habent. Quod si vero possessor dubius superiorem iudicem habeat, tunc, antequam condemnetur, nihil restitue et tenetur, dummodo actor impeditus non sit, quo minus, si velit, iudicio contendere possit: possessor etiam iustæ sententiæ superioris sui stare paratus sit.

26 Si neuter contendentium rem bona fide possideat, tunc unus alterum mutuo consensu ad transactionem cogere potest, ut dividantur omnia proportione dubij iuris, quod cuique competere videtur. Quod si iustæ huius transactioni & petitioni alter satisfacere recusat, iam iniustus esse incipit, ideoque bello peti potest.

27 Per accidens, videlicet ob ignorantiam fieri potest, ut bellum ex vtrahinc parte formaliter iustum sit, vt si partes post exactam causæ discussionem iudicio discrepant: & vna quidem arbitretur, certosibi rem debitam esse, altera vero sibi; Quo casu alteram quidem partem necesse est decipi: Si tamen error invincibilis, & non ex pravo affectu ortus, sic fieri potest, ut bellum vtrobiisque iustum sit. 20.

Qui in aliquo regno subditi sunt, si de aliqua re contendant, debent stare sententiæ Regis, vel præ*yidicis* Regni, ideoque inter tales ordinarie bellum geri non potest.

§. IV.